

191

terem. & propheta testamenti pertinentis ad generationem nouam. Cuius
testamenti sponsor. sponsorisq. conuigi. quod de illa generatione sortitus ē.
ait ipse ihs. Si crederetis morse. crederetis & mihi. Deme enim ille
scripsit. Non enim credendum ē ab ipso omnino morse istum psalmū
fuisse conscriptum. qui ullis eius litteris inditus non est in quibus eius
cantica scripta sunt. sed alicuius significationis gratia. tam magni me-
riti serui dī nomen adhibitum est. ex quo dirigeretur legentis uel au-
dientis intentio. Factus est ergo inquit nobis dñe refugium in genera-
tione & generatione. Quale autē refugium factus sit. quō scilicet nobis
coepit esse quod non erat. id est refugium. Non autē ipse non erat ante-
quam nobis esset refugium. secutus aduynxit. Priusquam fierent mon-
tes fierent et formaretur terra. & orbis terre & a seculo & usq. in seculū
tues. Tu ergo qui semper es & antequam essemus. et antequam mun-
dus esset refugium ex quo ad te conuersi sumus factus es nobis. Non mi-
hi autē uidetur utcumq. intellegendum quod ait. Priusquam montes
fierent et formaretur terra. uel sicut alii codices habent quod de uno uer-
bo greco expressum est. fingeretur terra. Montes quippe. partes ter-
rae sunt altiores. & utiq. si antequam formaretur terra. dñs est a quo
terra formata est. Quid magnum de montibus. uel quibuslibet & aliis eius
partibus dicitur. cum sit dñs. non solum ante terram. sed & ante caelum
& terram. & ante omnem corporalem spūalemq. creaturam. Sed nomi-
rum uniuersa creatura rationalis. hanc differentiam fortasse distinc-
ta est. ut montium nomine. significarentur celsitudines angelorum.
& terre nomine humilitas hominum. Et ideo quamuis omnia que cre-
ata sunt non incongrue. uel facta. uel formata dicantur. Tamen si
uerborum istorum est ulla proprietates. facta sunt angeli. Quicum
in eis decaelestibus enumerarentur operibus. ita enumeratio ipsa con-
clusa est. Ipse dixit & facta sunt. ipse mandauit & creata sunt. Unde
autē homo secundum corpus fieret terra formata ē. Nam hoc uerbo